



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 30. Propositiones a Joanne Lalliero enuntiatæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

quæ forte circa hæc arctiores, id est sacris Sæcul. XV.
 Canonibus magis consonæ, existant. Ex A. C. 1485.
 horum statutorum mitigatione constat,
 quod Synodus, cum ejusmodi decreto-
 rum usus parum invaluerit, nonnihil du-
 ritiei cordis indulgere voluerit. Itidem
 in eodem capite tertii articuli choreas &
 ludos theatrales in Ecclesiis institui pro-
 hibet. Tertio itidem tertii articuli capi-
 te innovatur decretum, quo prohibetur ab
 ipsis Religionem ingredientibus quicquam
 pro ingressu exigi, conceditur tamen, si
 post ipsum Religionis ingressum aliquid fue-
 rit monasterio ex devotione oblatum, illud
 recipi, dummodo non subsit pactum vel
 conventio.

§. XXX.

Propositiones a Joanne Lailliero
 enuntiatae.

Eodem anno Joannes Laillierus sacro-
 sanctæ Theologiæ Licentiatus in Men- *Argentre*
 se Julio has propositiones asserere haud *Collect. ju-*
 dubitabat. *dic. tom. I.*
 I. Petrus non habuit a Chri- *p. 308. ann.*
 sto potestatem supra alios Apostolos, neque *1484.*
 Primatum. II. Omnes Hierarchisantes æ-
 qualem potestatem acceperunt a Christo ita,
 ut Curati sint æquales in potestate, regi-
 mine, & in jurisdictione. III. Summus
 Pontifex non potest remittere viatoribus to-
 tam penam eis debitam ratione peccato-

Sæcul. XV. *rum suorum virtute Indulgentiarum, etiam-*
A.C. 1435. *si juste & rationabiliter dentur. IV. Ab-*
bates, Priores, alique Prælati Religiosorum
non absolvunt suos Religiosos in virtute
clavium, sed ex sola consuetudine. Confer-
sio non est de Jure divino. V. Si vultis,
quod ego loquar de summo Pontifice, ego
vastabo totum. VI. Confessi Religiosi
Mendicantibus, præsentatis, & acceptatis se-
cundum formam Decretalis, Dudum &c.
non sunt absoluti & tenentur eadem peccata
confiteri Curato. VII. Simples Sacerdo-
tes sunt inutiles. VIII. Summus Pontifex
Joannes XXII. non potuit condemnare Po-
liacum, nec facere decretalem: Vas electio-
nis: IX. Decreta & Decretales Summo-
rum Pontificum non sunt nisi deceptiones.
X. Ecclesia Romana non est caput aliarum
Ecclesiarum.

Hæc omnia Joannes Laillierius, cum
 in sua Sorbonica die trigesima prima
 Julii responderet, verbotenus enuntiabat,
 præter alias propositiones, quæ a Theo-
 logica Parisiensi facultate sub obedientia
 & correctione Sanctæ Sedis Apostolicæ per
 Inquisitorem Fidei præsentatæ proscriptæ
 fuerunt; nos illas ordine suo adjunctis
 quoque earum censuris impræsentiarum
 recensimus.